

Dissertationum Theologicarum, Quæ Celeberrimi Theologi D. Justi Christophori Schomeri Collegium Anti-Calvinianum, a multis avide desideratum : exhibent ...

Quinta : Cap. XVI. De V. & N. Testamento. Cap. XVII. De Lege & Evangelio. Cap. XVIII. De Sacram. In Genere. Cap. XIX. De Sacram. Baptismi. Cap. XX. De Sacram. Coenæ

Rostochii: Typis Nicolai Schwiegerovii, 1706


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1032790822>


Band (Druck) Freier  Zugang



RU theol. 20.Nov.1706
Engelcken, Henr. Asc.

1d





33
252
56

I. N. J.

DISSERTATIONUM THEOLOGICARUM,

Quæ

Celeberrimi Theologi

D. JUSTI CHRISTOPHORI SCHOMERI

COLLEGIUM ANTI-CALVINIANUM,

à multis avide desideratum, exhibent,

QVINTA,

Sistens

CAP. XVI. DE V. & N. TESTAMENTO.

CAP. XVII. DE LEGE & EVANGELIO.

CAP. XVIII. DE SACRAM. IN GENERE.

CAP. XIX. DE SACRAM. BAPTISMI.

CAP. XX. DE SACRAM. COENÆ.

Quam

CONSENSU SUMME REV. FACULTATIS THEOL:

PRÆSIDE

DN. HENRICO ASCANIO

SCHÖRER

Phil. & SS. Theol. D. hujusque P.P.

d. 20. Nov. Anno 1706. H. L. Q. C.

publicæ disquisitioni proponit

RESPONDENS

JO. FRIED. Schröder / Nützlichov. Meckl.

SS. Theol. Stud.

ROSTOCHII, Typis NICOLAI SCHWIEGEROVII, Ampl. Sen. Typogr.

1706

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

VIRIS

*ILLUSTRIBUS, GENEROSISSIMIS ATQUE MAXIME
STRENUIS,*

DN. VICTOR. de GRABOW,

*Illustri Judicii Parchimensis Vice-Præsidi eminentissimo, Hæred.
Dn. in Lüseviz, Petschow, Niendorff, Horst & rel. & rel.,*

DN. JOH. OTTO. de GRABOW,

Centurioni ac Dn. in Woltow,

DN. HERM. OTTO. de FERSEN,

Centurioni,

**DN. JOH. ALBERT. de PLÜ-
SCHOWEN,**

*Vicario Centurioni, Hæred. Dn. in Beliz, Tatschow,
Boldenstorff, & rel. & rel.*

**DN. HERRMAN. OTTO. de PLÜ-
SCHOWEN,**

*Centurioni, Hæred. Dn. in Langen- & Kurtzen-Trechow,
Trebsow, & rel. & rel.,*

*Dominis, Patronis, Moecenatibus ac studiorum Promotoribus suis
omni honoris cultu devotissime prosequendis,
Dissertationem hanc Theologicam,*

Cum voto pro salute ac incolumitate ipsorum omnigena

obsequiosissime dedicat

J. F. Schröder.

CAP. XVI.

DE

VETERI ET NOVO TESTA- MENTO.

Quaest. I.



N id, quod V. T. in sacris literis dicitur, sub Mose
datum coeperit?

Resp. aff. Quia i. Testamentum illud,
quod antiquatum esse dicitur, novoque op-
ponitur, Ebr. 8, 13, dicitur eo tempore factum,
quo Israelita ex Aegypto educiti, Ebr. 8, 9, Jerem.
31, 32.

II. Idem non sine sanguine & morte factum esse vel fie-
ri debuisse dicitur, Ebr. 9, 16. seqq., cum manifestâ remissione,
p. 24, ad Ex. 24, 8.

III Testamentum, quod in Horeb sub Mose erectum
est, cum Patribus erectum non esse dicitur, Deut. 5, 3.

IV. Christus, comparatus cum Mose, melioris Testamenti me-
diator esse dicitur, Ebr. 8, 6; unde & illum Testamenti alicujus
sequioris Mediatorem fuisse, necesse est.

Contra l. Calviniani veteres præter Cameronem plerique omnes,
ut Calvin. Lib. 2. inst. Cap. 10. Trelocatius, Martyr, Musculus in LL.
CC. hodieque omnes Anti-Coccejani, ut Leidecker in vi veritatis
Controv. 3. 4. Hulsus in Mantissa ad Theol. hypotheticam p. 16. seqq.,
V. T. id esse volunt, quod statim post lapsum cum Adamo
erectum est, cum ipsi gratia per semen benedictum promit-
teretur.

II. Johannes Coccejus in summa Theol. Cap. 33. §. 7. alibique, &
quotquot sunt Coccejani, ut Franciscus Burmannus p. 1. Synopsis. Lib.
2. Cap. 13. §. 11, & Wubelmus Momma de statu Eccles. Lib. 1. Cap. 1.
§. 7. & 8, DEi Testamentum à fœdere distingvunt, tanquam
ejus præsuppositum, definiuntque, quod sit æternum immu-
tabilis voluntatis divinæ beneplacitum.

Obj. I. Pro priori antithesi (1) Erectum esse fœdus cum Patri-
bus ante Mosen & in specie cum Abrahamo, quod *Ἰαδῆν* di-
citur,

Q

citur,

citur *Gal. 3, 16, 17*, & sacrificiis ratificatum sit, quo tanquam ad fontem referatur foedus Israeliticum, *Lev. 26, 42. Deut. 4, 31*, utpote ejus tantum renovatio, *Ebr. 9, 18*.

Resp. I. *Foedus cum Abrahamo in initum non fuit ipsum vel V. vel N. Testamentum; sed utriusque quodammodo, maxime vero Novi, cum posteris ejus erigendi, promissionem continebat.*

II. Adjectio de accipienda poenitentia ex naturâ pacti montis Horeb fluere non poterat, ideoque in locis Pentatevchi citatis foederi Abrahamitico recte accepta fertur, tanquam in eò promissa.

III. *עֲבָדוֹתָיו* est consecrare, dedicare; & respondet Ebraeo *חַנּוּךְ & קָדַשׁ* *Deut. 26, 5. 1. Reg. 8, 64*; nec Testamentum instauratur morte, sed convalidatur & quodammodo sacrum fit.

Obj. II. Paulum sub uno *V. T.* nomine complecti *Anti-Mosaicum* historiam, *2 Cor. 3, 14*, & peccata, *Ebr. 9, 15*, nec unquam duorum vel plurium *V. T.* meminisse.

Resp. *Utrouque* Apost. apertus sermo est de Testamento per *Mosen* erecto; non *E.* complectitur hac voce ante-mosaica.

II. *Unius positio non est alterius exclusio*; neque quæ ante *Mosen* facta aut peccata sunt, propterea negantur à *Judæis* legi aut à *Christo* expiari, quod de illis ibidem taceatur.

Obj. III. *Ita fore plura Testamenta, non tantum duo, quod sit contra* Apost. *Gal. 4, 24*.

Resp. *Fuere utique plura Testamenta; sed non cum Abrahami posteris erecta, quorum respectu duo tantum Testamenta dicuntur; ut Allegoria, quâ adumbrantur, ex Abrahami familia petita est.*

Quæst. II. *An V. T. Mosaicum cum novo re ipsa conveniat?*

Resp. *neg.*: Quia I. Testamentum illud *Mosaicum* fuit legale; *Novum* verò est *Evangelicum*, *Joh. 1, 17*, illud ad servitutum pertinuit; hoc ad libertatem, *Gal. 4, 24. seqq.*

II. Ministerium *Mosis* est ministerium mortis; *Novi Test.* verò est spiritus & vitæ, *1. Cor. 3, 6. seqq.*

III. *Novum T.* propterea non sicut prius fore, prædicit *Jer. c. 31, 32*; sed aliud idque melius, *Ebr. 8, 6*.

IV. *Mosaicum* Testamentum tantummodo umbram habuit novi,

novi, nec per se quicquam potuit ad expiationem peccati, *Ebr.* 9, 13, 14. & 23. *Col.* 2, 17.

Contra Calvinus Lib. 2. instit. Cap. 10. §. 2. Leidecker in vi veritatis controv. 3. & 4. Hulsius in Mantissa ad specimen Theol. Hypothes. pag. 76. seqq. & omnes Calviniani præter Coccejum & Coccejanos, docent: Testamentum utrumque quoad rem idem esse, differre tantum quoad œconomiam & administrationem.

Interesse illorum est, identitatem Sacramentorum V. & N. T. adstruere.

Obj. I. Eandem esse utriusque Testamenti Ecclesiam, idem Evangelium, eundem salvandi modum, *Act.* 15, 11.

Resp. Unitas Ecclesiæ & salvandi modi pendet ab unitate fidei & spei; non ab unitate Testamenti. Unitas Evangelii non pendet ex pacto Mosaico, sed paradisiaco & Abrahamitico. *Vid. Gal.* 3, 17.

Obj. II. Novum Testamentum non esse nisi renovationem veteris, ex ejus nempe recordatione factum, *Ezech.* 16, 60. *seqq.*

Resp. I. Memoria gratiæ in pristino pacto promissæ, excitat ad novum aliquod erigendum; non ad illud renovandum.

II. Quæ hic promittuntur, dicuntur non ex pacto pristino procedere.

Quest. III. An Patres V. T. bonitate DEi & justificationis sensu perinde fructi sint, atque nos fruimur in N. T.?

Resp. aff. Quia I. perinde ut nos, per Christum salvati sunt, *Act.* 15, 11, & justificati, *Rom.* 4, 11. *seqq.*

II. Remissio peccatorum eo tempore pariter verbis emphaticis describitur, nempe deletionem, *Pf.* 51, 9, abefactionem, *Es.* 1, 18, rejectionem post terga, *Es.* 38, 17, non recordationem, *Pf.* 25, 7.

III. Iidem firmam in DEum fidem conceperunt, *Pf.* 116, 20, etiam tormenta superantem, *Hebr.* 11, 32. *seqq.*, quâ Deum pro Patre suo agnoverunt, *Es.* 63, 16. *Cap.* 64, 8, & securi fuerunt de remissione, *Pf.* 25, 3. *Pf.* 103, 3.

Contra Job. Coccejus ad ultima Mosis §. 132, 350 & 351, in summa Theol. Cap. 54, §. 29, in Comment. ad Rom. Cap. 8, 15. Gal. 3, 11, & alibi passim docet: V. T. in vindictam adorati vituli in deserto

Q. 2 datum

datum esse *Israelitis*, omnes sub eò Patres sub reatu aliquo & irâ constitutos fuisse, ita ut erga DEum non habuerint affectum filiis, sed servis dignum, conscientiaëque nondum satis pacificatae fuisse, & subjectos fuisse peculiari servitute tum Angelis tum Senioribus & Rectoribus suis, aliter atque nos in N. T. sumus.

Interesse in malâ explicatione locorum Script., præsertim Rom. 3, 25; Heb. 10, 13, & inde deductâ distinctione inter ἁγιασμός & ἁγιασμός.

CAP. XVII.

DE LEGE ET EVANGELIO.

Quæst. I.

AN Decalogus, ut primum latus est, ad Evangelium pertineat?
Resp. Neg. : Quia I. Ejus verba, ut summa legis, recitantur, Rom. 13, 8. seqq. Cap. 7, 7. Jac. 2, 10. seqq.

II. Pertinuit ad mandata legis etiam ante adoratum vitulum, *Hebr. 9, 19. coll. cum Ex. 24, 7. seqq.*

III. Terror ejus de monte pronuntiati, *Deut. 5, 5,* opponitur latiori accessui Evangelico ad cœlestem Hierosolymam *Hebr. 12, 18. seqq.*

IV. Inscriptio in tabulas iisdem, quibus ante, verbis altera vice repetita, *Ex. 34, 1, & Cap. 20, 1. seqq. coll. cum Deut. 5, 6. seqq.* opponitur Spiritui vivificanti, *2. Cor. 3, 7. seqq.*

Contra *Joh. Coccejus* in *quæst. Catech. n. 94. & Groenewegen Catechismi p. 550. seq. in præfat. P. 2. Clav. Apocalyptica* aliique *Coccejani*, volunt: decalogum, ut primitus datus est, esse formulam fœderis gratiæ & conversionis per fidem, promissionis de præstandâ satisfactione, adeoque legem Spiritus vitæ, quâ à peccatorum jugo liberemur, quanquam post peccatum vituli aurei aliud schema, nempe fœderis operum, induerit.

Quæst. II. An Evangelium proprie dictum, quatenus legi opponitur, sit concio poenitentiaë strictè dicta?

Resp. N. : Quia I. Evangelium ipsa voce lætitiæ dicit, poenitentia vero dolorem & terrorem.

II. Evan.

II. *Evangelium pacem affert, Es. 52, 7. Eph. 2, 17; gaudium, Luc. 2, 10, salutem, Rom. 1, 16. 1. Cor. 15, 2; quæ sunt dolori & terrori contraria.*

III. *Evangelium liberat à lege, Gal. 4, 5. Cap. 3, 25; unde tamen agnitio peccati procedit, Rom. 3, 20.*

Contra Calvinus Lib. 3. inst. Cap. 3, §. 1, summam Evangelii ponit in pœnitentia & remissione peccatorum, Zwinglius Tom. 2. fol. 178. & 182. Sobnius Disp. 9. de Evangelio Thesi 42. a. p. 43. Zanchius de certâ salute, Polan. Lib. 6. Syntag. Cap. 11. volunt, etiam Evangelium peccata arguere, nempe incredulitatem, eamque accusare, atque sic etiam esse concionem pœnitentiæ. Bucanus Lor. 30. p. 287, contritionem distinguit in legalem & evangelicam.

Interesse illorum est partim in decreto reprobationis absolutæ, & profluente hinc mala intentione DEi, quâ quibusdam gratia affertur eo fine, ut occæcentur & damnentur, partim in malâ definitione pœnitentiæ maloque causarum ordine assignatô, de quô infra in Cap. de pœnitentia.

Obj. I. A lege non argui speciatim incredulitatem, neque legalem i. e. sui ipsius justitiam damnari; adeoque illam argui & hanc damnari ex Evangelio.

Resp. Lex utique damnat omnem incredulitatem, dum damnat omnem DEi contemptum; sed per accidens fit, ut illam præ coeteris peccatis mortiferam esse, non nisi ex prædicatione gratiæ, vi contrarii sensus, intelligatur.

II. Neque Lege neque Evangelio damnatur justitia quam Lex præcepit, sed damnat Lex justitiam hominis imperfectam & præcepto non respondentem.

Obj. II. Legem fidei excludere omnem coram DEO gloriationem, Rom. 3, 27; ideoque efficacissimè arguere peccata.

Resp. Non excludit gloriationem arguendo, & accusando; sed alienæ justitiæ gratiam largiendo.

Obj. III. Contritionem, tanquam spirituale fidelium sacrificium, Ps. 51, 19, non nisi ex fide, & per consequens ex Evangelio esse, Rom. 12, 1. Hebr. 11, 6.

Resp. Contritio non est ex fide, sed placet ex fide accedente.

Obj. IV. Christus, qui iussit Apostolos prædicare Evangelium, *Marc. 16, 15*, prædicationem pœnitentiæ imperasse Apostolis, *Luc. 24, 47*, & Johannem Baptistam, cui initium Evangelii attribuitur, *Marc. 1, 1*, concionem à pœnitentia esse exorsum, *C. 1, 15*. Sic & Paulum, ad Evangelium divinitus separatum *Rom. 1, 1*, jubere operari salutem cum tremore, *Phil. 11, 12*, pluresque comminationes admiscere, *Rom. 11, 20. 1. Cor. 10, 11*.

Resp. Qui misit ad prædicandum Evangelium, misit etiam ad prædicandum ea, quæ Evangelio jungi oportuit, etsi de Evangelii natura non sint.

Obj. V. Adventum regni Christi s. Evangelii esse causam agendæ pœnitentiæ, *Marc. 1, 15. Matth. 4, 17*.

Resp. Evangelium enarrandum erat causa prædicandæ pœnitentiæ impulsiva, non verò ipsa pœnitentiæ prædicatio. Oportuit autem homines prædicatione legali ad Evangelium præparari.

CAP. XVIII.

DE

SACRAMENTIS IN GENERE.

Quest. I.

AN Sacramenta constituant peculiare fidei articulos?

Resp. Aff. Quia I. peculiariter DEi beneficia exhibent, gratiæ nempe invisibilis visibilem formam, unionemque nostræ cum Christo arctiorem & evidentiorum.

II. Peculiariter etiam & distinctè enarranda sunt, ut rectè intelligantur.

III. Peculiare in illo admitti errores possunt, ut infra patebit. Contra Palatini in *Admonit. de libr. concord. cap. 2. Ursinus contra Chytreum & Piscator contra R. der.* censent, illa peculiare fidei articulos non constituere.

Interesse est in negata præsentia reali rei cœlestis & negato vero effectu Sacramentorum, de quibus infra.

Obj. Eandem esse gratiam, quæ offertur extra Sacramenta, & quæ in Sacramentis.

Resp.

Resp. Sed non est idem offerendi & conferendi modus. Eadem gratia est, quam Christus satisfactione nobis conciliavit, quæ vocatione offertur, justificatione confertur &c., interim illi distincti fidei articuli sunt.

Quaest. II. An Sacramenta V. T. & N. ejusdem naturæ sint?

Resp. Ng. : Quia I. N. T. eò etiam differt à V., quod corpus five rem ipsam habeat, cujus sub lege tantum umbra fuit. Col. 2, 17. Hebr. 10, 1.

II. Per præsentiam sanguinis Christi calix N. T. in Sacramentò præcisè distinguitur à quocunque calice V. T. Luc. 22, 20. 1. Cor. XI, 25.

Contra Calvinus Lib. 4. inst. Cap 14, §. 23. & 26. Bucanus loc. 46 quaest. 53. Pareus in 1. Cor. 10. & reliqui communiter omnes docent : eandem esse Sacramentorum utriusque Testamenti rationem, eundemque modum præsentiae Christi utrobique.

Interesse ipsorum est in negatione præsentiae realis in Eucharistiâ.

Obj. I. Eandem salutis gratiam obtigisse veteribus, quæ & nobis.

Resp. Ab eadem salutis gratia eodemque Sacramentorum effectu ad eandem ipsorum substantiam non valet consequentia.

Obj. I. Patres eandem escam spiritualem nobiscum comedisse, eundemque potum bibisse. 1. Cor. 10, 3.

Resp. I. Non nobiscum, sed inter se, Patres communi baptismo tinctos communiqve cibo ac potu pastos esse, Apost. dicit, ut patet tum ex verbis : sub Mose, sub nube, petrà, &c., quæ ad nos non pertinent, tum ex scopo, quo opponitur identitas beneficii disparitati animorum & consecutioni gratiæ.

II. Textus omnino non agi de ullo Sacramento, eo sensu dicto, quo hodiè illa vox accipitur; sed de transitu per mare rubrum, comestione mannae & scissione petrae, Ex. 17, 6, quæ beneficia non nisi ad salutem carnalem data sunt.

III. Biberunt quidem de Christo, sed non per fidem spiritualiter; quia non omnes bibentes placuerunt; verum in typo tantum. Nos vero realiter de eo bibimus.

Quaest. 3. An Sacramenta etiam N. T. consistant in analogia significati à R. Neg. Quia 1. analogia illa in s. literis nusquam inculcatur.

II. Sa-

II. *Sacramenta V. T. ita prestarent N., in quibus analogia typica multò est evidentior; quod tamen absurdum per Coloss. 2, 17. Hebr. 10, 1.*

Contra Polanus Syntagm. Theol. Lib. 6. Cap. 49, Bucanus l. 46. quest. 53, & reliqui Calviniani omnes, formam omnis Sacramenti in analogiâ signi ad rem signatam constituunt. Leiden- ses autem in Synopsi purioris Theol. Disp. 40. th. 23, id ita explicant, ut se non de significatione signorum physicâ, sed morali, quæ ab institutione DEI pendeat, loqui doceant.

Interesse ipsorum idem est, quod superius.

Obj. In omni Sacramento talem analogiam reperiri, unde Augustinus Ep. 23. ad Bonifacium dicat: illa, si similitudinem quandam non haberent earum rerum, quarum sunt sacramenta, neque Sacramenta fore.

Resp. I. Etsi datur in omni Sacramento; non tamen propterea Sacramenti forma est.

II. Analogia illa, quæ in Sacramentis deprehenditur, est actionis externæ ad effectum salutarem; non elementi externi ad internum.

III. Augustini autoritas non est regula fidei.

Quest. IV. An Sacramentorum forma sic fides sumentis?

Resp. neg. Quia I. fidei exerta mentio in nullius sit Sacramenti institutione.

II. Vera Sacramenta sunt, etsi infantibus dantur, fidem ex sententia Calvin. non habentibus, indignis, de quibus infra; quin & fides infantium, dum per Sacramentum demum producat, illo posterior est, neque illud constituere potest ut forma.

Contra Calvinus Lib. 4. inst. Cap. 14. S. 13, 19. Piscator Resp. ad dictata Hoffmanni Cap. 16. Ursinus P. 2. Explicationis Catech quest. 66. & alii docent: Sacramenta pendere à fide tanquam à causa formali, saltem ex parte, quatenus nempe in suo ordinatò usu constituta sunt, ut explicat Masson. Lib. 4. Anat. Cap. 5, nempe ita, ut solis fidelibus sint Sacramenta.

Interesse ipsorum est in questione precedenti, quia significatio moralis, ut correlatum, requirit fidem intelligentis.

Obj. I. Usus Sacramentorum legitimum consistere in fide vera & penitentia.

Resp.

Resp. *Ufus legitimus salutaris, non usus verus quoad substantiam actus, in fide consistit.*

Obj. II. Sacramenta non incredulis, sed credentibus data esse.

Resp. *Distincta est intentio instituentis à formâ Sacramenti, & requisitum objecti à requisito rei.*

Obj. III. Fidem absentia facere presentia, & sic quoque rem cœlestem Sacramentorum, alioquin absentem. Resp. Absentia quidem in promissione oblata, fides recipit, perinde ac si essent presentia, non autem facit presentia: ideoque nec rei cœlestis in Sacramento presentia inde pendet.

Quest. V. An Sacramenta sint efficacia fidei & salutis organa?

Resp. *aff. Quia I. verbum institutionis æque efficax est in sacramentis atque extra Sacramenta, ut probavimus Cap. 2, quest. 5. 2. Efficacia cujusque Sacramenti sigillatim ex locis propriis probari potest, ut infra patebit.*

Contra Calvinus Lib. 4. instit. Cap. 14. §. 17. Piscator in Matth. 3. observ. 13. in Marc. 7. observ. 1. & in Philip. 3. observ. 8. Beza Part. 2. Resp. ad acta coll. Mompel. p. 115, seqq. & reliqui omnes, negant, Sacramenta gratiæ conferendæ atque fidei donandæ vera aut efficacia media esse; sed effectum illum omnem per metonymiam signi explicant, quoties illis aliquem tribuere videntur. Interesse illorum partim est in negatione presentie realis rei cœlestis, quæ signa reddit inania, partim in gratia absoluta & æterna, quæ media non magis quam causam sui exspectat, partim in gratiâ particulari, quæ respectu plurium Sacramenta reddit irrita.

Obj. I. Dei solius esse, peccata remittere fidemque & gratiam largiri, neque res crassas atque materiales ad animam penetrare, ut eam regenerent, nec citra idololatriam & crimen Papismi & judaismi à DEO abstrahi homines posse, ut in spectaculo externo acquiescant. Resp. I. Causa principalis & organica sibi male opponuntur. 2. Res materiales externæ non per se aut ratione sui, sed ratione ejus, quocum conjunctæ sunt; internæ verò & cœlestes, ut corpus & sanguis Christi, ratione virtutis divinæ, qua in actu personali pollent, ad animum dicuntur penetrare, cum Sacramentis illa vis adscribitur. Male autem Calviniani supponunt, Sacramenta non nisi spectacula exter-

na esse. 3. *Judaismus est, qui in opere operato acquiescit citra rem caelestem & promissionem fidei.*

Obj. II. *Judeos non per circumcissionem, sed per, eloquia DEi, praestitisse gentibus, Rom. 3, 1. seqq., neque Abrahamum per illam justificatum esse, Cap. 4, 10, quippe infirmum & egenum elementum, Gal. 4, 9. Resp. 1. Imò Judaei ex circumcissione eloquia DEi habebant & patii sic divini fiebant participes. 2. Quod Abrahæ justificatio per circumcissionem non demum venerit, non ab inefficacia circumcissionis est; quippe qua justificationem tamen obsequavit; sed à fide Abrahami præviâ. 3. Infirmum & debile instrumentum est circumcissio, si abstrahatur à re caelesti & promissione divina, uti fiebat a novis judaeorum rituum commendatoribus.*

CAP. XIX.

DE

BAPTISMO.

Quaest. I.

AN baptismus sit efficax medium regenerationis & salutis? *Resp. aff. Quia 1. est lavacrum regenerationis, quo salvamur, Tit. 3, 5, & mundamur, Eph. 5, 26. 2. In eum finem baptizamur, ut remissionem peccatorum accipiamus, Act. 2, 38, salvemur, Marc. 16, 16; adeoque oportet, ut id sit medium fini proportionatum. (3) Ratione salvationis comparatur arcae Noachij, 1. Pet. 3, 21.*

Contra Zwinglius Tom. II. ad Libellum Scruthionis p. 313. & art. 7. Confess. Augusta ab eo exhibita, Calvinus Lib. 4. insit. Cap. 15. §. 2. Petrus Martyr class. 4. LL. CC. cap. 9. Sect. 14. Cateches. Heidelb. quaest. 73; & reliqui communiter omnes negant, aquam baptismalem ad remissionem peccatorum, regenerationem aut salutem hominis quicquam conferre; sed ejus tantum signum & symbolum esse volunt, & ubicunque de effectu baptismi loquuntur, verbis interdum satis speciosis, metonymiam tamen signi semper servant. Unde Beza Part. 2. Resp. ad acta Colog. Momp. p. 110. Ursinus contra Cbytraum & alii, baptismum in-

ter-

ternum Spiritus ab externo aquæ baptismo distingunt, quorum non hic, sed ille tantum fit efficax. Interesse idem est, quod cap. superiori quest. 5. notatum.

Obj. I. Loca proposita agere de baptismo adultorum; adeoque nec posse baptismo majorem virtutem adscribere, quam quæ in adultis locum habet, qui quod jam ante baptismum credunt, & per consequens regenerati sunt per baptismum, non nisi ob signationem ejus beneficii accipiant. Resp. 1. Non agunt omnia de adultis tantum, sed simul etiam de parvulis. Nempè Eph. 5. sermo est de totâ Ecclesiâ, 1. Pet. 3. de omnibus, qui servantur; Marc. 16. de omnibus, qui ab Apost. baptizandi erant, inter quos & infantes fuisse, negare non possunt, nisi qui Anabaptistis palmam tradere volunt. 2. Adultorum præcepta regeneratio, non adimit baptismo magis vim regenerandi, quam verbo DEI, post conceptam semel fidem audito; ideoque nec verborum emphasin limitat. 3. Ob signatio ergo regenerationis, per baptismum facta, non est nudè significativa; sed efficax ejusdem continuatio.

Obj. II. Petrum citato loco effectum illum salutis ab externa ablutione penitus remove. Resp. Petrus negat, baptismum aquæ esse sordium carnis ablutionem, i. e. pro tam vili ministerio habendam; non verò illud tanquam ablutionem carnis, ab alio, cui effectus salutis tribuatur, distinguit. Nam baptismum pure internum non potest esse antitypus diluvii, & illud tamen, quod antitypus est, nos liberat.

Obj. III. Si vis quadam regenerandi esset aquis instata, baptismum profuturum ex opere operato, quod volunt Pontificii. Resp. 1. Non dicimus, vim aquis esse inditam; sed ipsi actioni sive ministerio baptizandi adesse per conjunctionem Sacramentalem rei cœlestis & terrenæ. 2. Opus operatum in Pontificiis improbatum propter exclusum medium ἀληθειαν sc. fidem; non propter agnitam actionis sacramentalis efficaciam.

Obj. IV. Paulum ipsum Rom. 2, 29, distinguere circumcisionem internam & externam; quarum non hæc, sed illa salutaris fit; ideoque eandem distinctionem valere & in baptismo. Resp. 1.

R 2, Paulus

Paulus loquitur de circumcissione externâ quatenus legali non evangelica, juxta *Cap. 2, 25. seqq.*, i. e. ea, quæ sine fide est & ex opere operantis fructum sperat meritorium; non ea, quæ fit in Sacramento legitime suscepto. 2. Eidem opponit internam, non ut actum concurrentem, quod volunt Calvin.; sed *diversum* plane & metaphoricum, qui citra Sacramentum est.

Quæst. II. An omnes, qui baptizantur, infantes, qui obicem positivæ repugnantie opponere nequeunt, revera regenerentur. Resp. aff. Quia 1. quotquot baptizantur, Christum induunt, *Gal. 3, 27.* 2. Infantum ad Christum venientium est regnum cælorum, *Matth. 19, 14.* 3. Efficacia, quæ Sacramento inest, ex instituto divino semper inest; quia χάρισμα DEI sunt ἀμοιβήματα, *Rom. 11, 29*; adeoque etiam, ubi obex non ponitur, se effectu ipso exerat necesse est.

Contra Calvinus in cap. 4. Rom. & Cap. 8. Act. Masson: P. 4. Anat. Cap. 9. Vossius de baptismo p. 11. Beza Colloq. Mompelg. p. 469 & 479. Bucan. loc. 47. quæst. 29. & 54, & plures alii, docent, non omnes qui baptizantur, regenerari & Spirit. S. donari; sed eos tantum, qui ad vitam æternam electi sunt; unde in Confess. Argentinensi de A. 1539. Art. 18. teste Zanchio Tom. 3. Miscell. p. 14. jubentur Presbyteri neminem baptizare, nisi hac particula sive expressa sive subintellecta: Ego, O DEUS! hunc baptizo secundum tuam electionem & propositum voluntatis tuæ; quamvis Bucanus l. 47. quæst. 35. & 49, & Job. Appel. in censura p. 59. & 141. putent, non debere nos de baptizati electione sollicitos esse. Interesse est absolutum decretum & gratiæ semel datæ inamissibilitas.

Obj. 1. Spiritum, ubi vult, spirare, *Job. 3, 8*, adeoque pro arbitrio suo, non hominum baptizantium, regenerare. *Resp. 1.* Loquitur Christus de vento potius naturali, cujus auditur sonus, principium vero & finis nesciuntur; quod de Spiritu S. dici nequit; cujus originem processionis novimus, actionem internam, quâ nos regenerat, non observamus. 2. Ventum illum non cum Spiritu S., sed cum regeneratione comparat, cujus initium non observetur, sed effectus. 3. Nec de selectione independenter libera, quæ ad scopum Christi nil facit, sed *obvia ubique operatione, verba: ὅπῃ θέλει, explicare oportet.*

Obj.

Obj. II. Exemplo Simonis Magi patere, quod baptismus non omnes regeneret. Resp. I. Exemplum id est adulti, qui obicem potuit malitiose ponere, non infantis; & ipsum revera regeneratum fuisse in baptismo, patet ex r. 19, ubi dicitur credidisse. Neque enim exinde, quod postea pravus iterum esse coeperit, colligitur, quod antea conversus non sit.

Obj. III. Eum, qui ex Deo natus est, peccare non posse, Job. 33, 9. baptizatos autem multos peccare mortaliter. Resp. Non potest, quamdiu regenerationis beneficium non perdit. Vid. Resp. ad Object. 3. quest. 2. cap. 15. n. 4.

Quest. III. An operatione Spiritus S. in Baptismo infantes concipiant veram & actualem fidem? Resp. aff. Quia 1. regeneratio sive filiatio, quæ ex baptismo nobis orta est, per fidem orta est veram & actualem, Gal. 3, 26, 27. 2. Fides talis in Christum, est adequatum medium salutis, sine quo baptismus nihil prodest. Marc. 16, 16, atque ita, ut eandem pariter operetur baptismus, necesse est, cum prodest. 3. Sine fide DEO placere non possumus, Hebr. 11, 6, in baptismo autem incipimus placere Deo, quia regeneramur.

Contra Beza P. 2. Resp. ad Act. Coll. Mompelg. p. 99. Martyr. in LL. CC. p. 153. Musculus in LL. CC. p. 304. & plerique alii, docent: actualem fidem in infantes non cadere; sed ejus tantum semen, aliquam radicem, principium, inclinationem quandam, ex occulta Spiritus S. operatione fluentem. Interesse est in negata veræ fidei justificatione, de quâ Cap. 14. quest. 2.

Obj. I. Fidem esse ex auditu, non per immediatam operationem Sacramenti, Rom. 10, 14, 17. Resp. I. Hic surritur species pro genere, quia frequentior. Nam & citra auditum ex sola lectione fidem gigni posse, concedunt Calviniani; quare non & ex Sacramento, salva veritate propositionis Apostolicæ? 2. Sit fides semper ex auditu, nempe vel mediate vel immediate. Nam & Sacramenta, quæ fidem gignunt, antequam administrantur, institui & administrantibus demandari debuerunt. 3. Apostolus citat loco potissimum rationem habet adulterorum.

Obj. 2. Infantes non habere usum rationis; perinde nec fidei esse capaces. Resp. I. Usus rationis, quâ homo super bruta pollet, consistit in reflexione super conceptus animi eorumque ab aliis distinctione. Nos autem fidem illis assignamus tantum directam, quæ fertur in DEum propitium, vi meriti Christi



sti, non reflexam. 2. Neque illam ex naturæ viribus; sed Spiritus S. operatione, deducimus. 3. Ejus autem operationis infantes capaces esse, vel solum Job, Baptista exemplum docet Luc. 1, 15. & 44.

Obj. III. Infantes fidei ejus non meminisse, cum adoleverint. Resp. 1. Et eorum, quæ sine dubio infantes annui vel bimuli egerunt & sciverunt, deinceps obliviscuntur. 2. Ejus, cujus nullum reflexum actum habemus, meminisse nec adulti possumus, quia memoria non est nisi actus reflexi repetitio. 3. Job, Baptista in utero matris agnovit Christum, quem adultus postea ut cognosceret, signo aliquo demonstrare oportebat, Job. 1, 33.

Obj. IV. Infantes ejulatu & corporis motibus obstrepere baptismo, atque ideò fidem non habere. Resp. Dolor de eo, quod molestum est, & fides de ejus doloris salubritate, etiam in adulto concurrere possunt; quid dicemus de Christo, tremente ad ea, quæ sponte tamen subibat. Matth. 26, 38. seqq. Marc. 14, 34. seqq.

Quæst. IV. An necessitas baptismi tanta sit, ut propterea laicis etiam ac mulieribus extraordinarie ejus administratio sit concedenda? Resp. aff. quia 1, nisi aqua baptismali renatus quis fuerit, in regnum cælorum intrare nequit, Job. 3, 5. (2) Par quondam in V. T. circumcisionis necessitas Gen. 17, 14, fecit, ut & a Zipora facta placeret, Ex. 4, 25. (3) Munus baptizandi, non magis quam prædicandi, certo hominum ordini simpliciter; sed utrumque tantum ad benè esse, annexum est, unde, ut extraordinariè etiam foemina potuerunt docere, exemplo Hulde, 2. Reg. 22, 14, Hanne, Luc. 2, 36, 38, Priscilla, Rom. 16, 3. Act. 18, 26, Loidis & Eunice 2. Tim. 1, 5, neque causa est, quare non potuerint baptizare. (4) Nullum exstat de baptismo tali foeminarum aut laicorum interdictum. Quicquid autem ut necessarium mandatum est, omni modo possibili (per leges non interdicto) observari debet.

Contra Calvinus Lib. 4. inst. cap. 15. §. 20. seq. Bucan. l. 47. quæst. 12. Ursinus p. 2. Explic. quæst. 69. Wendelin. Exercit. 85. contra Gerbardum §. 8. & reliqui communiter omnes, docent, tantam baptismi necessitatem non esse, neque laicis & mulieribus ejus administrationem ullatenus concedendam esse; sed

sed præstare, ut infans sine baptismo moriatur. Interesse est in negato vero baptismi effectu, & in præviâ infantum sanctitate.

Obj. I. Sacramentorum administrationem esse ministeriis ecclesiastici pariem, Matth. 28, 19, atque ut mulieri non permittitur docere, 1. Tim. 2, 12; ita neque baptismum permitti. Resp. Distinguendum inter baptismi administrationem ordinariam & extraordinariam, it: publicam & privatam; nam extraordinariè atque privatim mulierem posse docere, supra evicimus.

Obj. II. Marcionitarum, teste Epiphanio, esse illud inventum de licentia baptizandi mulieribus datâ; omnem veterem Ecclesiam voluisse, ut publicè in Ecclesiâ administraretur baptismus. Resp. 1. Marcionita carpuntur propter promiscuam & per consequens publicam, non extraordinariam privatam, mulieribus datam licentiam. 2. Si Ecclesia vetus hoc voluisset, quod baptismus non nisi in publica Ecclesia ritè celebraretur, contradixisset mori Apostolico, Act. 8, 38. Cap. 16, 32. seqq.

Obj. III. Sic & mulieribus licentiam datam esse administrande Eucharistia. Resp. Disparem esse rationem, vel ipsi Calviniani docent, cum baptismum infantibus, Eucharistiam non nisi adultis, qui regno DEI jam initiati sunt, & vel citra sacramentum credere possunt, deberi largiuntur.

Obj. IV. Christum Job. 3, 5, unde illa tanta baptismi necessitas extruitur, non agere de bapismo aquæ, sed de aqua supernaturali, i. e. Spiritu S., juxta repetitionem, sola Spiritus S. voce factam, versibus seq. & explicationem Job. 7, v. 38. seqq.; alioquin absolutam necessitatem inde flucturam esse, quam volunt Pontificii. Resp. 1. Quousque nec ex circumstantiis textus nec famosiore significatione metaphora intelligibilis est, in proprio sensu voces sunt retinende. 2. Spiritum S. cum aqua comparandi aut inde denominandi occasio erat Job. 7, 38, ex libatione aquæ, judæis in Scænopægia solemni, de qua vid. Lightfoot. ad h. l., nulla erat in præsentî colloquio; metaphora etiâ istic disertè explicatur ab Evangelistâ, cujus hic nullum fit indicium. 3. Christum verba hæc, de quibus agimus, protulit ad quæstionem Nicodemi, quomodo homo possit regenerari. E. non obscurius, sed apertius, quam antea, cum loqui

qui oportuit. (4.) Ut vox metaphorica, per propriam explicanda, simpliciter illi jungatur per copulam: & communis ratio loquendi non permittit. 4. Baptismus aquæ, cui & judæi novæ nativitatis nomen tribuunt, *vid. Lighfootib.*, & unde novitatem vitæ, tanquam resurgentis & ex utero aquæ extracti, concludit Apost. *Rom. 6, 4*, tunc administrabatur à Johanne & Christo, *vid. v. 22*; unde illum, tanquam famosum illius temporis lavacrum, tam à Christo hõc locò, quam à Paulo *Tit. 3, 5*, innui, naturaliter concludimus. 5. *Omissio aquæ* in seq. textus versibus, non magis probat metaphoram, quam omissio baptismi in sequentibus verbis *Marc. 16, 17*. 6. *Rigor Pontificiorum* circa baptismi necessitatem & horum verborum intellectum *aliis argumentis refellitur*, de quibus suo loco.

Obj. V. Christum loqui de necessitate ad ingressum regni cœlorum, i.e. Ecclesie N. T., quæ ita semper appelletur; non autem de necessitate ad ingressum vitæ æternæ. Resp. Qui non particeps fit regni gratiæ in hac vita, neque fit particeps regni gloriæ in alterâ vitâ.

Obj. VI. Zippora factum nusquam probari in sacris literis. E. inde non recte duci argumentum. Resp. Remisit tamèn DEUS ab intentata Mosi morte; quod indicium est, satius fuisse, puerum circumcidi à fœmina, quam omninò non circumcidi; quod unum volumus de baptismò.

*Quæst. V. An in casu necessitatis pro aquâ liceat aliam baptismi materiam assumere. Resp. Neg. : Quia 1. Baptismus semper ad aquam naturalem adstringitur, *Job. 3, 23. Act. 8, 36. Cap. 10, 47. Eph. 5, 26*. 2. Necessitas baptismi non alius, nisi qui aqua fit, nobis injungitur. *Job. 3, 5*. 3. Non licet homini verbo divino quicquam addere vel demere, *Deut. 12, 32. Prov. 30, 6*, aut cultum aliquem sponte eligere, *Col. 2, 23*, nedum beneficium divinum excogitare.*

Contra Beza Vol. 3. Epist. 2. ad Thomam Titium ut & Ep. 25, Sadeel. Resp. ad Artic. Burdegalenses Art. 12, p. 429, Massonius Part. 4. Anat. cap. 12. p. 130. & pauci forte alii, magistros suos defendentes, statuunt: posse, ubi aqua haberi nequit, alio etiam liquore baptismum rectè fieri. Interesse est in analogia

ogia sacramentali, qua omnem baptismi usum circumscribunt, quæ & alio liquore adhibito salva esse potest.

Obj. I. Lac, vinum, & alios liquores pro speciebus aquæ agnoscitur ab Aristotele Lib. 4. Meteor. Empedocle & aliis Philosophis, ejusque naturam habere & usum præstare posse. Resp. I. Non ex Philosophorum placitis (quæ examinare nunc nihil attingit) sed vulgi usu S. Scriptura verbis utitur. 2. Si quid valeret illa vel ratio vel autoritas, ut aquæ nomen generale esse doceret, etiam ordinariè illos liquores ad baptismum adhiberi posse, evinceret; quia sic nullam speciem Christus determinasset, quod ne ipsi quidem Adversarii volunt.

Obj. II. Si licet ministrum in casu necessitatis mutare; licet & materiam divinitus institutam. Resp. I. Valeret argumentum, si minister æque specificè determinatus esset ad baptismum, atque determinata est materia. (2) Nisi adsint illa, quæ essentiam rei ingrediuntur, res perse perit, & actio ipso jure nulla est; si quid extrinsecum desit, non nisi ex sententia judicis irrita pronunciatur, quod hic ostendit nequit.

Quest. VI. An infidelium quoque liberi, quos in vera Religione educandi potestas est, in infantia baptizandi sint? Resp. aff. Quia I. Baptismus universaliter demandatus, omnibus, qui in Ecclesiæ gremium suscipiendi sunt, conferri debet, Matth. 28, 19 Job. 3, 5. 2. Christus, infantes simpliciter ad se afferri jubens, nihil distinguit inter fidelium & infidelium liberos, Matt. 19, 14. 3. Christus omnibus gentibus intergerinum parietem abstulit, Eph. 2, 14, ut neque respectu baptismi ulla sit prosapia distinctio, Gal. 3, 28. (4) Apost. sine discrimine integras familias Ethnicorum baptizarunt. Act. 16, 33.

Contra Synodus Dordracena Sess. 19. Bucan. l. 47. quest. 32. Vosus de baptismo Disp. 15, & quidam alii, judicant, infantibus Ethnicorum, qui ob ætatem à Christianis institui non possent, etsi Christianorum familiis inserantur, baptizandos non esse, antequam ad annos discretionis pervenerint. Alii plures verò eos tantum prohibent, de quibus certa fides non est, quod in verâ Religione instituendi sint. Unde Rivetus in Exercit. 89. in Ex. audeat Nostrates mala fidei in allegata suorum sententia accusare. Wendelinus vero exercit. 86. contra Gerbard.

S

bard.

hard. §. 13. candidius sententiam istam priorem agnoscit & ut probabilem defendit, dicitque, quæstionem illam: an parentis gentilis ad Christianismum conversio jus fœderis & baptismi filio in gentilismo nato acquirat, *nondum esse in Ecclesia expressè decisam.* Interesse illorum est in *sanctitate fœderati,* quam infantibus ante baptismum tribuunt, cujus baptismus etiam signum sit, & in quâ baptismum infantum fundant.

Obj. Infantes Gentilium esse peregrinos à promissione, Eph. 2', 12.
Resp. 1. Fuerunt ante sublatam à Christo legem ceremonialem; non nunc sunt, *vid. v. sequens & Rom. 15, 9. seqq.* *2.* Advocantur per baptismum. E. quasi alieni non sunt rejiciendi.

Quæst. VII. An Exorcismus in baptismi actu absque Ecclesia scandalo retineri queat? Resp. aff. Quia *1.* neque verbum divinum allum extat, cui adversus sit, neque ipse, ut apud nos obtinet, ullam rei malæ & illicitæ speciem præbet. *2.* Infelicitatem peccati Orig., qua homo potestati & operibus Satanae subjectus est, præsentemque baptismi gratiam inde liberantis, ob oculos ponit.

Contra Wendel. Exercit. Theol. go. cont. Gerhard S. S. seqq. & Calviniani plerique omnes, exorcismum nostrum, ut ritum scandalosum, impium, mendacem detestantur. Interesse est in sanctitate liberorum antebaptismali.

Obj. I. Exorcismum præ se ferre corporalem Satanae obsessionem & virtutem ejus pellendi miraculosam. *Resp. Neg.* Nam rectius nostram mentem explicamus, quod velimus diabolo tantum solenniter jus in infantem denegare vi baptismi suscipiendi.

Obj. II. Lutherum ipsum, Hunniam & alios DD. Lutheranos contra exorcismum scripserunt. *Resp. 1.* Scripserunt contra Exorcismum Pontificium, & opinionem illorum, qui verbis & actu tali potestatem singularem attribuunt; non vero contra nostrum, quem abrogare nunquam allaborarunt. *2.* Etiam nostram commodioribus verbis progredi posse judicaverunt, non omnino tamen damnarunt.

CAP.

CAP. XX.

DE SS. EUCHARISTIA.

Quaest. 1.

A N ipsum corpus Christi & sanguis in S. Eucharistia vere & realiter juxta *ἰσχυρὴν* institutionis sub pane & vino praesentia sint? Resp. aff. Quia 1. Nulla evidens & satis pragnans causa est, ab hac maxime propria verborum significatione recedendi. 2. Speciatim calix, qui bibitur, ratione ejus, quod in illò exhibetur, dicitur effundi pro nobis in remissionem peccatorum, *Luc. 22, 20. (ποτόριον ἐκχυρόμενον)* quod praedicatum non nisi in ipso sacramentali Christi sanguine verificatur. 2. Calix N. T. specificè denominatur à sanguine Christi, qui à calice V. T. distinguitur (in quo erat sanguis pecuinus, qui erat typus sanguinis Christi effundendi) ut *supra Cap. 18, quaest. 2. monitum.* 4. Panis & vinum sunt *ἡλικία* corporis & sanguinis Christi, perinde ut sacrificium (cujus participatione reddimur *ἡλικία* altaris) ejusdem altaris *ἡλικία* est *1. Cor. 10, 16.* Unde non minùs illa fundatur in reali corporis ad panem praesentia, quàm hæc in reali attactu, quo victima altare attigit, fundata est. 5. Qui inter has & vulgares epulas non discernit, ipsum corpus Domini non discernere dicitur, *1. Cor. 11, 29*; cum, qui in victimis V. T., quæ corpus Christi typicam erant, peccabant, tantum neglecti inter sacrum & profanum discriminis accusentur, *Ezech. 22, 26. Cap. 44, 23.*

Contra I. Andreas Carlstadius in *Lib. 1. de Sacramentis. Illicus Zwinglii integris Tractatibus. Beza in Colloq. Possiaceno. Piscator in quaest. Rhetoricis de verbis Domini* aliique, simpliciter corporis & sanguinis in S. Evchar. praesentiam oppugnant, & verba institutionis Carlstadius quidem dirimit, ut aliud commedi jubeatur, aliud corpus Christi pronuncietur, *Joh. Campanus* corpus Christi dictum esse vult pro creaturâ Christi, reliqui illa in metonymiam signi detorquent, ut hoc, quod edijubetur, significet corpus Christi, vel ejus signum sit. 2. *Johannes Calvinus in Comment. ad 1. ad Cor. 11. & Lib. 4. institut. Cap.*

17, §. 10. *Perkinsus in Catholico Reformato Controv. 10. Cap. 1. Jerem. Taylor de reali presentia Sect. 1. & plures alii, praesertim Galli, Angli, & Germani studio Syncretismi, Calvinus quidem, ut Pontificiis, reliqui, ut Lutheranis aliquid videantur cessisse, praesentiam corporis & sanguinis Christi in Eucharistia realem, quandoque & substantialem & corporalem, se agnoscere profitentur; sed quam de spiritali tamen praesentia modo, i.e. praesentia virtutis & effectus explicant, & verba institutionis in symbolum corporis & sanguinis resolvunt.* 2. *Isaacus Casaubonus Resp. ad Ep. Perronii nomine Regis Angliae scripta, aliique pauci, praesertim ex Anglia, modum praesentiae se definire velle aut posse negant, atque ita nostram sententiam non tam rejicere videntur, quam incertam pronunciant. Interesse omnium est in ipsa questione, quae primo se bimati causam dedit.*

Obj. 1. *Proprium sensum esse absurdum, et physicè, cum corpus includat certam sui dimensionem, visibile & palpabile sit, ideoque nec in pluribus locis, ubi Eucharistia administratur, nec sub tali specie insensibiliter esse aut latere possit, & theologice, quia Christus corpore suo in caelos ascendit, non rediturus inde, nisi ad iudicium die mundi ultimo.* Resp. 1. *Phyficas corporis qualitates inde abstrahi posse divinitus, patet, tum ratione dimensionis, exemplo cameli, qui transire potest per foramen acus, Matth. 19, 24. 26, tum ratione visibilitatis, exemplo Christi disparentis Job. 8, 59. Luc. 24, 31. Et vel sine iis exemplis DEO credi oportuit, quod omnem virtutem suam in natura creatâ non exhausserit, Ezech. 3, 20.* 2. *Ascensio Christi in caelos adeo non obstat praesentiae, ut potius eam juvet, juxta Eph. 4, 10. 11. Conf. cap. 11, quæst. 10. Instant. 1. Cartesiani, quantitatem esse de essentia corporis, quod sine contradictione non possit vel mente ab ea avelli, quippe prima ejus affectio, quam mens invenire potest. Resp. 1. Postulatum illud temere assumitur, quod nil sit in rebus prius, nisi quod nos invenire possimus. 2. Alii potentialem extensionem & impenetrabilitatem actuali priorum in corpore invenerunt. Alii Philosophi extensionem etiam in rebus incorporeis admittunt, quibuscum prius transigant Cartesiani. Instant. 2. et hi & alii, corpus in plu-*

pluribus locis existens esse à se ipso divisum, et sic non amplius unum. Resp. Præsentia est in genere relationis, quæ multiplex esse potest, etsi res ipsa una & eadem est. Ita enim ipsi Cartesiani, Spiritum in pluribus locis adesse posse, etiam naturaliter, concedunt, & quamdiu non melius probant, actualem extensionem localem esse de essentiâ corporis, quam hætenus factum est, nullam causam habent, quare nec de corpore idem concedant, saltem supranaturaliter. *Instanti. 3. Sensusum iudicium non esse fallax* (ita argumentando: si corpus adesset, posset palpari, videri &c) Resp. *Regula procedit I. affirmative: quod sentitur, est; non negative: quod non sentitur, non est. 2. in sphaera naturæ sibi relicta; non v. in sphaera supernaturali, quatenus divino oraculo aliud docemur, quia DEi veritas supra sensuum iudicium porrigitur.*

Obj. II. Non esse credendum ei, qui hic aut isthic Christum monstraturus sit, Matth. 24, 23. Qui itaque non debent Christum quærere in certo loco, illi nec debent eum quærere in Eucharistiâ. Resp. Ex seqq. versibus apparet verborum sensus, quæ non de Jesu Nazareni corpore alicubi quærendo, sed de alio Christo præter illum Jesum quærendo, agunt.

Obj. III. Efficiens non ingredi effecti essentiã, & sic neque Christum essentiã Sacramenti; cuius autor est. Resp. Efficiens, quatenus talis, non ingreditur effectum. *in sensu diviso autem axioma, temere formatum, fallit & in civilibus & moralibus, ubi societatis erector ejusdem sæpe pars fieri solet, & in naturalibus, ubi fermentum fit pars massæ, quam format, & in supernaturalibus, ubi, ipsis agnoscentibus adversariis, filius, ipsius incarnationis autor sui que sacrificii & hostia & Sacerdos est.*

Obj. IV. Eucharistiã institui in commemorationem Christi, juxta verba Christi institutionis: memoriã autem esse absentium, non præsentium. Resp. 1. *Memoria, non loci, sed temporis, absentiam requirit; quia præteritorum est. 2. Axioma loquitur de objecto formali, non materiali, Christi corpus materiale, beneficiã per illud quondam præstia & futurorum promissio, formalitè sunt commemorationis objectum.*

Obj. V. Omnes propositiones Sacramentales esse metonymicas, ut

Ex. 12, 11: *Agnus est pascha sive transitus (quem locum nocturnus monitor Zwinglio suggestit, vid: ipse P. 2. opp. fol. 249.)* i. e. signum ejus, cap. 13, 9, circumcisio est foedus, Gen. 17, 10, i. e. signum foederis *ibid.* v. 11, & Rom. 4, 11, petra est Christus, 1. Cor. 10, 4, Poculum est N. T. Luc. 22, 20, panis esse *כֹּמֶץ* 1. Cor. 10, 16, i. e. semper: lignum ejus, & ita in *sueta Judaeis formula coene paschalis, unde Christi institutio videtur desumpta, hic est panis afflictionis, quem comederunt Patres nostri in Aegypto, de qua vid: Buxtorff. Synagog. judaica. cap. 18, p. 410.* Resp. 1. *Inductio ex disparatis non procedit contra disparatum ejusdem generis, nisi ubi similis omnium ratio esse agnoscitur: Nos autem V. & N.T. Sacramenta non eandem rationem habere, supra edocuimus.* 2. *Exempla non probant, quod probare debebant. Nam (a) פֶּסַח הוּא לַיהוָה rectè vertitur: Transitio est Domino, vel DEus transibit, inflat ejus transitus. Quod si tamen ad agnum referre velimus, concedimus in voce פֶּסַח esse metonymiam, sed effectus, non signi, quia agni-ejus solennitas fecit, ut DEus ultor præteriret ædes Israelitarum, unde denominationem illam accepit juxta versum seq. l. c. Redditur enim festinataæ mestionis ratio; nempe quod periculum in mora sit. Quæ festinatio si signum tantum fuisset preteritionis divinæ, semper etiam extra illam noctem Aegyptiacam observari debuisset, quoties Pascha, in memoriam hujus liberationis institutum, celebrabatur; quod tamen factum non esse, Judæi testantur, & historia coenæ ultimæ Paschatis Christi non obscure docet, Alterò autem loco Ex. 13, 9, non agnus, sed panis azymus signum dicitur. 2. Circumcisio non signum, sed materia foederis dicitur Gen. 17, v. 10, & medium, quo in ejus societatem homo perveniat, v. 13. 14. signum autem foederis non dicitur ipsa circumcisio sed ejus in carne relictus character, vel etiam pellis amputata. 3. Cibum potumque Israelitas spirituales habuisse eundem, & hunc quidem ex spirituali petrâ, dicit Paulus 1. Cor. 10, 3. seqq. innuens in manna atque aquis Horeb typum fuisse, & significationem typicam, & non petram significasse Christum, sed illam spirituales sive mysticam petram, quam innuit oratione istâ, ipsissimum esse Christum dicit. 4. Utut Luc. 22, 20. vel*

vel metonymiam aliquam vel synecdochen tam in sub-
 jecto quam in prædicato concedamus; nempe quod illa potest
 præbitio & effusio in remissionem peccatorum, sit (anctio N. T. quæ
 fiat ipso sanguine Christi; multum tamen hæc explicatio abest à me-
 tonymia signi. 5. Panis non signum, sed medium necessitas est,
 perinde ut victima respectu altaris, ceu jam tunc monitum.
 6. Judæorum formula non minus de identitate specificâ, quod
 panis talis azymus in Ægypto fuerit propter festinationem
 comedendus, quam de signo potest explicari.

Obj. VI. Non esse Hebræis aliud verbum, quo sensum Calvinia-
 num, ut panis significet corpus Christi, exprimant; ideoque hanc
 phrasin, quâ aliàs citra omne dubium significandi sensus expri-
 mitur v. g. Gen. 41, 26. Gal. 4, v. 24. hic etiam adhibendum
 fuisse, ut saltem verba institutionis in utrumque sensum ex
 genio linguæ æque facile intelligantur. Resp. 1. Esse tamen
 Hebræis vocem פֶּן, qua idem exprimant, agnoscunt adversarii
 ex Gen. 17, 11, cum illo loco contranos utuntur, cui addatur
 Gen. 9, 12. Et. 2. Phrasin illam sensu significandi occurrere, ubi
 somniorum, typonum, parabolarum occurrit explicatio, concedimus,
 quæ circumstantiis, ut alibi illam explicant, ita etiam in verbis in-
 stitutionis planè cessant.

Quest. II. An Calviniani Symbolicam illam suam, quam cre-
 dunt, præsentiam corporis & sanguinis Christi in Eucharistia recte vocent
 realem? Resp. Neg.: Quia 1. ut res est, quæ opponitur ejus
 symbolo, ita & præsentia realis symbolicæ illi, quæ merè
 symbolica est; non quæ & symboli & rei est, opponitur.
 2. In tali denominatione; qualem quærunt Calviniani, nulla
 vox relinquitur, qua veræ & substantialis rei præsentia à symbolica
 discerni possit, adeoque illa non nisi ad ludum & dissimula-
 tionem ejus sententiæ, quam fovent, comparata est. 3. Parâ
 verborum ludo omnes historiae possent incerta reddi, cum etiam
 corpus & res, quæ umbræ opponitur Col. 2, 17. Heb. 10, v. 1, de
 symbolo ejus & symbolico Christi adventu explicari possint.
 4. Omnes Calviniani vi hypothesis coguntur statuere, Christum
 corpore suo tanto spatio, quanto distat cælum à terrâ, à sacrâ
 Eucharistia revera & realiter abesse.

Contra

Contra omnes, qui *supra indigitati* sunt, posterioris de S. Coena sententiæ autores, recte se ita loqui censent, & in his *Jerem. Taylor l. c.* & collocutores in colloquio *possiaceno* apud *Touanum A. 1651*, etiam *substantialis & corporalis præsentia phrasin* eidem suæ sententiæ acomodant. Alii etiam injuriam sibi fieri queruntur, quod realis absentia sibi imputetur, & *controversiam non de ipsa præsentia, sed modo tantum præsentia, esse ajunt, vid. Wendelinus Exercit. 103. seqq.* Interesse est in studio *Syncretismi & amoliendi* dissensus.

Obj. I. Etiam spiritum & *spiritualia dona*, & sic quoque spirituales præsentiam aliquid reale esse. Resp. 1. Aliquid reale esse, & realiter id esse, de quo quæritur, idem non est. 2. *Spiritualis præsentia & symbolica* maximè differunt, illa vera est, hæc ficta, illa est talis, quæ spiritum decet, hæc non est, nisi symboli.

Obj. II. Verum non opponitur improprio; sed falso, unde *Christus* dicatur *vera vitis, Joh. 15. 1.* *verus panis Cap. 6. 55.* *vera lux, Cap. 1. 9.* & *coelum* verum dicitur *tabernaculum*, etsi *tabernaculo* tantum adumbratum, *Hebr. 8. 2.* & *circumcisio* vera, quæ fit *Spiritu Rom. 2, 20.* Resp. 1. *Verum opponitur falso* in secundâ mentis operatione, in quâ *re reale*, (de quo in terminis quærimus) illi *synonymum non est.* 2. In prima mentis operatione *verum & reale* neque nos opponimus improprio, sed *ficto, imaginario, interpretativo, umbratili, symbolico &c.* Et sic *Christus*, si *symbolice & interpretative* tantum *lux, panis, vitis* esset, ut *symbolicè præsens* esse dicitur in *Evcharistiâ*, realiter & verè non esset; neque *tabernaculum* vel *circumcisio* vera forent, quæ *symbolica* tantum essent. 3. *Symbolica* tamen *representatio potest esse causa denominationis*, sed non realitatis. *Tabernaculum Leviticum* denominat *coelum*, quod jam ante tale est, quale esse per vocem illam dicitur; non facit reale, quod alias non est. Itaque *neque præsentia panis Evcharistici præsentiam realem corporis Christi faciet*, ubi citra illam nulla est.

Obj. III. *Rei denominationem* vulgo sumi ab effectu, unde apud *Augustinum* sæpissimè illud solum dicatur tale & verè tale, quod effectum suum conjunctum habet, & vera est solutio

lutio, quæ debitum expungit, etsi symbolica tantum traditio-
nesiat, v. c. assignatione vel cessione. Resp. 1. *Verum id est, ubi res &
fructus concurrunt, non ubi effectus fingitur sine re, ut in symboli-
ca præsentia Calvinianorum.* 2. *Traditio symbolica ICris ad fideles refer-
tur, non veras traditiones.* 3. *Nec præsentem pecuniam dare dicitur, quæ
essetam ejus dat aliunde petendæ; etsi præsentem solutionem
dare dicitur, i. e. obligationis dissolutionem.*

Obj. IV. Fidei esse omnia præsentia. Resp. 1. *Mente, non re, præ-
sentia realiter objectiva, non reali.* 2. *Præsentia illa fidei non
est evcharistiæ propria, cujus tamen elogio sacramentum
exornare volunt Calviniani.*

*Obj. V. Præsentiam substantialem & corporalem esse substantiæ &
corporis præsentiam; etsi modo spirituali, ut Col. 2, 9, plenitudo
Deitatis in Christo dicitur habitare corporaliter.* Resp. 1. *Est
præsentia corporis & substantiæ, sed realis, non interpretativa si-
symbolica; & ita in loco apost. corporaliter habitare, est per se
ipsum, non per umbram & symbolum, habitare.* 2. *Spiritualem
esse alium, alium symbolicum præsentia modum, jam supra dictū.*

*Quæst. III. An resolutio illa verborum institutionis per unionem sa-
cramentalem, qua corpus & sanguis Christi in, cum & sub pane & vino ev-
charistico præsentia esse dicuntur, sit proba?* Resp. aff. *Quia 1. illa est
ordinaria resolutio exhibitivarum propositionum, ut id, quod principa-
liter offertur, in casu recto enuncietur, quod minus principaliter, in casu
obliquo intelligatur, ut dato sacculò : hoc est argentum, i. e. in
hoc sacculo est argentum, oblato freno, cui equus junctus :
hic est equus, i. e. cum hoc freno est equus, &c.* 2. *Eadem resolutio
etiam aliis in exemplis sacris requiritur, cum flatu daretur Spiritus S.,
Joh. 20, 22. seq., idem descenderet specie columbæ, Luc. 3, 22. seqq.,
angelus forma humana appareret; ubi emissò flatu & monstra-
ta columbina vel humana specie rectè dixeris, hic est Spiritus
S., hic est Angelus: quæ propositiones aliter resolvi nequirent,
quam : in, cū, vel sub hoc flatu, aut sub hâc specie est Spiritus S. vel
Angelus.* 3. *Ipsè Paulus 1. Cor. 10, 16, illi sacramentalium propositio-
num resolutioni præit, cum pane nominato in recto, corpus
nominet in obliquo; ita enim sequitur vice versa, corpore no-
minato in recto, panem in obliquo nominandum esse.* 4. *E-
andem resolutionem Patres, Chryllosumus, Cyrillus, Augustinus, Bern-*

T

bar-

hardus sine scrupulo secuti sunt. Vid. Galovius de Persona Christi p. 543. Gerb. Loc. de Coena S. 96. n. 9. 5. Quin & personales propositiones quandoque ita resolvuntur, ut, DEUS est caro, Job. 1, 14, & est in carne, 1. Tim. 3, 16.

Contra Beza in Creophagia p. 297. Ursinus P. 2. Cateches. quest. 78, Keckerm. Lib. 2. System. log. c. 2. & alii passim, harum particularum usum exagitant, propositionumque sacramentalium resolutionem illam, ut contortam & absurdam, rejiciunt. Interesse est in stabilienda sic figurali earum resolutione.

Obj. I. Per demonstrativum HOC non nisi id, quod fractum erat & distribuebatur, quodque in calice erat, nempe panis & vinum, uti explicatur Matth. 26, 29, intelligi potuisse; unde proprius verborum sensus transubstantiationem inferat, & nullo modo expositionem nostram. Resp. 1. Demonstrativum pronomen non est relativum, quod sese refert ad id, quod in antecedentibus nominatum; neque tam ex antecedentibus, quam ex prædicatō ipsō intelligitur: ideoque etiam genus grammaticum illi conformatur, non antecedenti. 2. Non excludimus inde vel panem vel vinum, sed id tantum, quod simul exhibetur, vel percipitur nec videtur, principaliter significari volumus, ut in exhibitione illorum, quæ aliis involvuntur, fieri solet: atque ita contextus historię satis optimè cohæret. 3. Analysis Pontificiæ circa pronomen: HOC, ingens differentia & difficultas, docet, quod verba illa transubstantiationem naturaliter non inferant.

Obj. II. Propositiones Christi & nostras non convenire; quod equipollentes debeant habere idem subjectum & idem prædicatum (hæc objectio est Keckermanni in Logicis.) Resp. Verum id est de equipollentia, quam vocant Logici, formalis, non materialis, qualem nos quærimus.

Obj. III. Sensum ex hæc resolutione fluere absurdum impanationis, consubstantiationis & localis inclusionis. Resp. Neg: Quia 1. in exemplis supra propositis talis absurditas non inferitur ab hæc resolutione. 2. Impanatio est, qua corpus fieri panis, consubstantiatio, qua eadem substantia simul & corpus & panis esse, dicitur, localis inclusio est, quæ termini quantitatis ponuntur: quas opiniones à nobis nostraque expositione remotas esse, dudum declaravimus. Instant. Terminos quantitatis corpori Christi

si poni à nobis, cum canimus in hymno Lutheri: *verborgen im Brodt so klein*. Resp. Vox *verborgen* non corpus ambiens, sed modum sensus effugientem, denotat, & *vocula klein* non ad corpus Christi, sed ad panem, refertur.

Quaest. IV. An ipsum corpus & sanguis Christi in Evcharistia reali & propria manducatione & bibitione percipiatur? Resp. aff. Quia 1. utrumque ad comestionem & bibitionem realiter praesens oris substituitur, ut quaest. primâ evictum. 2. Corpus Christi, tanquam objectum speciale manducationis hujus, à quovis alio alterius manducationis objecto discernere oportet, I. Cor. 11, 29. 3. Aliàs nullæ esset evcharisticæ comestionis vel ab agapis vel communibus epulis discretio.

Contra Calviniani ad unum omnes. Calvinus Lib. IV. inst. Cap. 17, S. 5. Ursinus p. 2. quasi. Catech. quest. 78. Bucanus l. 48. quest. 38. Steinius Part. 2. fraternitatis p. 258, &c. manducationem & bibitionem oralem corporis & sanguinis Christi in Evcharistia rejiciunt, & pro eâ spirituales substituunt, quæ fiat ore fidei, quæque nihil aliud sit, quam perceptio beneficiorum Christi, quò ille noster fiat. Hinc adeò duplicem comestionem comminiscuntur, alteram, quam minister, alteram, quam immediate Christus, porrigit. Interesse est in negata reali presentia.

Obj. I. Corporalem manducationem nulli usui esse; quod caro nihil profit Job. 6, 63, nec fidelis Christum noverit secundum carnem, 2. Cor. 5, 16. Resp. 1. Prodest manducatio oralis ad unionem tam corporis quam animi nostri cum Christo realem semper firmiorem; quæ arrhabo est resurrectionis nostræ, ut Patres illam explicant. 2. Caput 6. Job. num omnino agat de Evcharistia, magna est etiam inter ipsos Calvinianos dubitatio, vid. Gerhard. Loc. de S. Coenâ. S. 179, quia nulla causa est, quare panem, quem Christus ipse mysticè explicat v. 50. seqq., magis de sacramento elementi externi intelligamus, quam aquam mysticam, Cap. 4, 10. seq. commendatam. Neque Calviniani tantam credunt sacramentorum necessitatem, quanta comestionis dicitur v. 53; qui propterea etiam verba Christi Job. 3, v. 5, de baptismo exponere nolunt. 3. Caro quæ nihil prodest, opponitur Spiritus vivificanti, ut 1. Pet. 3, 18. Conf. 1. Cor. 15, 45. Rom. 1, 3. 4. 1. Tim. 3, 16, ubi Spiritus carnem ipsam perficere, vivificare & hominem

Filium DEI comprobare dicitur. Itaque etsi *sola caro in actu naturali nihil prodest*; prodest tamen in actu personali, quatenus Spiritui vivificanti unita est, & sic non effectus à carne h. l. removetur, sed causa tantum effectus indicatur. 4. Paulus, cum Christum secundum carnem agnosci negat, de morte mystica & novitate vitæ loquitur, ne scilicet de jure natalium gloriatur, quod, utpote judæus genere, Christum habeat carnaliter sibi agnatum; id quod ad hanc causam non facit, ubi carnem Christi in eucharistiâ agnoscimus, non tanquam cognatam naturaliter, sed tanquam *novæ vitæ in nobis auctorem v. 15.*

Obj. II. Nullam esse *manducationem propriam*, quæ præsertim à bibitione distinguatur, nisi qua oporteat corpus Christi dentibus terere, vel in stomachum dimittere & per secessum abjicere, uti de omni eò, quod intrat in os, pronunciat Christus, *Matth. 15, 17; sive naturaliter sive supernaturaliter id fieri dicatur.* Quæ autem sententia sit absurda, corpore Christi indigna & in Capernaitis reprobata *Job. 6. v. 52, 50. seqq.* Resp. 1. Ad definitionem manducationis verificandam, non requiritur nisi perceptio rei ore facta per modum aridi haustu simultaneo, uti ad definitionem bibitionis, ut eadem perceptio fiat *haustu successivo* per modum liquidi. 2. Verba Christi *Matth. 15.* necessariò intelligenda sunt de modo manducationis tantum *regulari & ordinario*; alioquin, quæ evomuntur, quæque, minimâ quantitate sumta, etiam in ipso ore solliquefcunt & salivâ miscentur, ne in ventrem aut secessum descendant, non intrassent in os. 3. Dentium attritio partiumque divulsio in manducatione naturali corporis requiritur, quatenus illud crassioribus accidentibus substat, qualem procul dubio intelligebant Capernaitæ; cujusmodi vel præsentiam vel manducationem corporis nos minimè agnoscimus. 4. Sanius itaque docemus, corpus Christi, statim ac ore percipitur, immediato novoque nexu animæ corporisque fidelium conjungi; ab infidelibus verò, tanquam rejectum, discedere.

Obj. III. Orali distincta manducatione & bibitione corpus à sanguine divelli realiter & Christum denuò cruciari. Resp. Distinguenda unio naturalis corporis & sanguinis inter se ab unione Sacramentali & modo sui communicandi; qui, licet distinctus est, tamen naturalem unionem non lædit.

Obj.

Obj. IV. *Manducationem* debere esse objecto proportio-
 natam, & ubi *spiritualis*, qualem est corpus Christi, non esse nisi
spiritualem; corpus & sanguinem Christi offerri verbo promif-
 sionis; non *E.* nisi fide accipi. Resp. 1. *Si per spiritualem cibum*
intelligitur metaphoricum, petitur id, quod est in principio; *sin immate-*
rialis, foeda involvitur & planè *haeretica contradictio*, quod corpus
 Christi non sit corpus verum; *si denique spiritualibus qualitati-*
bis imbutus, agnoscat, se *perperam* per argumenta à vulgaribus
 corporis qualitatibus deducta, *crassam & capernaiticam man-*
ducationem nostrae sententiae impingere. 2. *Manducatio proportionata*
est objecto ratione modi; non organi: alioquin nec spiritualis fidei
 manducatio corpori Christi conveniret, nec (quicum illam con-
 ferunt) Spiritus S. habitatio in corpore nostro ulla daretur. 3. *Cor-*
pus Christi non tantum in verbo promissionis offeritur, sed & in elemento
externo sacramenti. *E.* non fide tantum, sed & ore, sumitur.
 4. *Fides & in sacramentò requiritur ut medium ληπτικόν*, non
 ad veram, sed ad salutarem participationem.

Quaest. V. *An solennis fractio panis, qua propter analogiam sa-*
cramentalem fiat, ad legitimam eucharistiae administrationem requira-
tur? Resp. Neg. Quia 1. hoc postulatum *falsè nititur hypothesi*, quasi
 corpus Christi revera ab eucharistiâ *absit*, & pane tantum repræ-
 sentetur. 2. *Par analogia in vino non requiritur*, ut & illud solenni-
 ter effundatur; cum tamen parium par sit ratio. 3. *Nullum ejus mo-*
di adumbrationis faciendæ in sacris literis legitur mandatum sive ex-
PLICITUM sive IMPLICITUM. Neg. *adumbratio illa verificatur in praesentio*
antitypo, cum corpus Christi fractum non sit, Job. 19, 32, ut & propterea
contrarium quondam analogia sacramentalis in agnô paschali
requireret ib. v. 36. Ex. 12, 46.

Contra I. *Bucanus Loc. 48. quaest. 47. Polanus Lib. 6. Syntag. cap-*
36. p. 904. Altingius in Syllabo controvers. p. 265, aliique fractionem il-
lam de forma & essentia sacramenti esse contendunt, ita ut
Piscator in 1 Cor. 10. obs. 21. asserat: non esse cœnam Domini, ubi
fractio panis omittitur. II. *Parvus in gründen der Eucharistie p. 154.*
Keckerm. Lib. 9. Syst. Theol. p. 455 & alii plures, fractionem illam,
partem Eucharistiæ integram vocant, cujus omissio eam non
quidem nullam; attamen mutilam reddat, ita ut Wendelinus
Exerc. cont. Gerhardum 92. S. 3, illam communem orthodoxo-

rum sententiam vocet, & *Massonius p. 4. Anat. p. 150*, eos, qui essentialem vocant partem, excuset, quod voce essentiali generalius usi sint pro omni eo, quod accidentale non est. Urget autem utraqve pars factionem illam ad representandum, tum metaphoricam corporis Christi fractionem i. e. passionem & dolores, tum corporis ab animâ separationem. *Interesse est in definitione sacramenti per analogiam sacramentalem.*

Obj. I. Christum ipsum non exemplo tantum suo praevisi, sed etiam mandato, cum panem accepit, benedixit, fregit, dedit, addens: hoc facite; quæ verba ad omnia ea, quæ Christus egisse legitur, porriguntur. Resp. Quod fregerit panem, legimus, non autem, quod ad representationem mysticam seu analogiam sacramentalem, fregerit. E. neque istuc mandatum est extendendum. 2. Omne mandatum ex fine Legislatoris & statu subjecti explicandum est. Cum autem omnes actiones Christi in illâ institutione sua naturâ fuerunt preparatoriae ad comestionem sacramentalem; tanquam finem; neque ultra, quam ad illum finem faciunt & subjecti conditio requirit, adhibitæ & præceptæ esse videntur, ut nempe panis, quando continuus est, frangatur, ut distribui inter convivas possit; non autem, ut necessario continuus sit, quo frangatur. Instant. Si panis potest ante frangi à pistore vel coquo, ne id fiat à Presbytero, posse & ab eodem occupari benedictionem, ne benedicat Presbyter. Resp. 1. Paratio panis pertinet ad officium pistoris vel coqui per se, ad Presbyteros tantum per accidens; benedictio autem per se pertinet ad officium Presbyteri, non coqui vel pistoris. 2. Fractio facta relinquit effectum physicum & sensualem; non autem benedictio. E. hæc potius quam illa, ut coram Ecclesia fiat, necesse est.

Obj. II. Unum continuum panem esse debere, qui pro convivis frangatur, juxta 1. Cor. 10, 16, seqq; cum unus panis unus corporis, in quod omnes conflamur, symbolum vocetur. Resp. (1.) Unum continuum panem tunc ad usum evcharisticum adhibitum non esse, sed ex quaque domo portiones esse oblatas, quibus omnibus in communi mensâ fuerit benedictum, patet ex 1. Cor. 11, 21, seqq., ubi quisque suum, quod obtulerat, auferre, & pudori dare dicitur eis, qui nihil obtulerant. (2.) Non igitur ad unitatem panis numericam, sed specificam, aut certe con-
gre-

gregativam respexit Apost., quod ejusdem benedictionis panem de communi mensa participemus, perinde, ut unum omnium baptismum vocat, ratione institutionis, Eph. 4, 5. (3) Si communio ecclesiastica panis penderet ab unitate ejus numerica, nulum ejus communionis esset symbolum inter diversorum locorum Ecclesias, neque Paulus, Corinthe absens, se unitati illi includere potuisset; quin & peribit eadem in Calvinianorum Ecclesia: quoniam magnitudo panis communioni omnium non sufficit.

Obj. III. Fractionem panis ita esse sollicitè ab Apost. retentam, juxta I. Cor. 10, 16, ut inde etiam tota actio eucharistica denominationem acceperit, tanquam à principali parte, ut Act. 2, 42, 46. Cap. 20, 7. Resp. 1. Retentam esse agnoscimus, sed non sollicitè, verum per accidens tantum, quia ordinariis latioribus panibus utebantur, & ex parte etiam, cum plures portiones fuerint allatae, uti dictum. 2. Fractio apud Hebraeos generaliter omnem distributionem significat, Jer. 16, 7. Thren. 4, 4. Es. 58, 7, etiam eam, quæ emendo & vendendo fit, ut Gen. 41, 56, seqq., atque ita Paulus in enarratione institutionis omittit verbum: dedit, I. Cor. 11, 24, quod reliqui Evangelistæ habent, manifesto indicio, quod in voce: fregit, contineatur. 3. An locis cit. Eucharistia intelligatur, & non agapæ potius sive cibatiorum pauperum ex communibus sumptibus, apud interpretes certum non est. Conf. etiam Act. 2, 42 cum Cap. 6, 1, seq. 4. Etiam vespera monumentum est coenæ Dominicæ, nec tamen vesperi sacramentum illud semper celebratum esse aut celebrari debere, sequitur.

Obj. IV. Corpus Christi expressè dici pro nobis fractum I. Cor. 11, 24, metaphora desumpta à fractione panis, unde desumpti non posset, nisi illa fractio id, quod corpori Christi accidit, sacramentali analogia adumbraret. Resp. 1. Fons metaphora est comparatio, non symbolica adumbratio, uti v. g. Deus dicitur ignis ardens, quod cum elementari comparatur ratione effectus; non quod illa vis ignis DEum ex instituto representet. 2. Voce fractionis h. I. communicationem vel traditionem denotari, patet ex parallelismo Lucæ, qui cap. 22, 19, τὸ κλάωμενον Pauli, explicat per τὸ διδόμενον, i. e. nefariis illis hostibus & satanico furori objectum, & sic quodammodo quasi communicatum.

Obj. V. Etiam in vino eucharistico analogiam observari

efficitur

effusionis, sc. in ipsum poculum sive ex poculo in os communicantium, cum effusione sanguinis Christi, nec minus & in victimarum sectione quondam dissecto corpori Christi respondente. Resp. Ad 1^{um}: Christum solenniter infudisse vinum poculo, aut id iussisse, nec Calviniani dicere audent. E. nec analogiam sacramentalem in illâ re quærere possunt. Si tamen sufficit infusio in os communicantium, sufficit etiam fractio panis, quæ dentibus ipsorum fit. Ad 2^{dum}. Dissectione victimarum dolores Christi præfiguratos fuisse, ex nullo Scripturæ textu probare possunt.

Obj. VI. autoritas Lutheri, qui in secunda parte Libri de Missâ & in Libro de utrâque specie, fractionem panis ut necessariam commendat. Resp. (1) Non Lutheri, sed s. literarum autoritas, nobis fidei principium est. (2) Lutherus, ll. c. disputans contra Pontificios, qui solemnem aliquam panis fractionem in missâ retinent, non potuit aliam hâc voce intelligere, quam quæ ab iis negligitur, i. e. distributionem, quam more biblico fractionem appellat.

Quest. VI. An omnes etiam indigni communicantes, corpus & sanguinem Christi in eucharistia accipiant? Resp. aff. Quia 1. Christus omnibus promiscue discipulis eam præbens, corpus & sanguinem suum se dare dixit, & sic inter eos etiam Judæ proditori, vid. Luc. 22, 19. 20. 21. 2. Panis eucharisticus est *κραιβάριον* corporis Christi etiam iis, qui sunt in communionem diabolorum, 1 Cor. 10, 16. & 20. Jam Paulus dehortatur Corinthios, ne bibant calicem Dæmoniorum; id autem, à quo dehortatur Paulus, est factu possibile. 3. Objectum manducationis, quod indigni non discernunt, dicitur corpus Christi; cujus propterea etiam rei fiunt, 1. Cor. 11, 27, & 29. 4. Fides DEi sacramenta instituentis, non pendet ab infidelitate hominum, Rom. 3, 3, ut, quemadmodum idem verbum auditur à reprobis & electis, etiam idem ab utrisque percipiatur sacramentum.

Contra I. Calvinus Lib. 4. inst. c. 14. §. 25. Beza P. 2. Resp. ad Coll. Momp. p. 119, & alii plures docent: indignos revera sacramentum non participare; cum externa elementa ipsis ne signa quidem sint corporis Christi; sive uti loquitur Keckerm., non ipsum formale, sed materiale tantum sacramenti accipere, id quod Wendelin. Exercit. 114. §. 5, vocat manducare carnem Christi

sti sacramentotenus. 2. *Idem Beza P. 1. Resp. p. 61. Cassellani in anti-
quâ fide Cattorum p. 24. seqq. Bucan. in LL. CC. p. 752. & alii, duo ge-
nera indignorum distinguunt, quorum alii cetera quidem fide-
les, sine justâ tamen præparatione Sacramento utentes, cor-
pus Christi revera participant, perinde ut reliqui; alii planè
reprobi & infideles, qui illa beneficiò minime fruuntur.
Illam Ursinus Tom. 2. p. 536, vocat indignitatem præparationis,
hanc, indignitatem personæ. Interesse illorum commune, est ne-
gatio manducationis oralis ejusque in spiritualem resolutio;
horum speciatim, inamissibilis semel regenitorum gratia.*

Obj. I. Carnem Christi esse semper vivificum cibum,
Joh. 6, 54., nec à Spiritu S. separari; quò Spiritu & effectu cum
desituantur indigni, etiam ipso illo cibo eos desitui oportere.
Resp. 1. *Ne Cap. Joh. VI. de Eucharistia explicetur, graves
esse Calvinianis controversias, supra dictum est ad Obj. 1. quæst.
4. 2. Promissiones gratiæ salutariæ, actui adjunctæ, vim
quidem vivam eamque perseverantem illi includunt; non
autem, sine hypothese fidei atque ita etiam sine effectu pro-
missionis, illas dari posse negant. v. g. qui venit ad Christum,
non extrudetur, Joh. 6, 37; datur tamen sine fide perseverante,
adeoque sine effectu illo promissionis, quidam ad Christum
accessus, Matth. 22, 12, it., Qui Christum profitetur vel agnoscit
coram hominibus, illum etiam ipse Christus agnoscet coram
Patre cœlesti, Matth. 10, 32; datur tamen sine illò effectu etiam
quædam professio vel agnitio Christi, Matth. 7, 22. 3. Spiri-
tus & vivificandi virtus actu primo semper est in carne Christi, etiam
cum indignus communicatur; sed actu secundo se in illis non
exerit, ideoque neque dari ijs dicitur.*

Obj. II. Indignos esse in societate dæmoniorum, qui cor-
pus & sanguinem Christi percipere non possunt, 1. Cor. 10, 1, &
omniò indignum esse, corpus Christi illorum hominum ore
pollui. Resp. 1. *Paulus isto loco supponit, id actu fieri, eòque
nomine Corinthios reprehendit; ideoque de possibilitate non
facti, sed juris, loquitur, ejusque non a parte Christi præbentis
corpus suum, sed à parte hominum. 2. Probitas seu improbitas
communicantis nihil facit ad pollutionem corporis Christi, qui non
ab impiò magis polluitur physice, quam à probò; neque
morale vitium nunc magis, quàm olim, à nefariorum con-
actu contrahitur.*

U

Obj. III.

Obj. III. Impios destitui organo recipiendi Christum, nempe fide; neque dum illum rejiciunt, simul & recipere posse. Resp. 1. Petitur principium, quod omnis Christi receptio fiat fide, cum distinguenda sit receptio salutaris à sacramentali. 2. Animo ergò respuunt indigni, quod ore accipiunt.

Obj. IV. Non posse ex Testamento accipere, qui non sint cives Reipubl., neque ad infideles pertinere gratiæ sigillum, cum non pertineat ipsa gratia. Resp. 1. Principium jures civilis, quod cum peregrinis non sit Testamenti factio, uti arbitrarium est & usæ sgrijam reprobatur; ita in rebus Theologicis nullum parit præjudicium. 2. Respublica sive christiana sive ecclesiastica, spectatur vel ratione externa societatis, & sic ad eam quoque pertinent indigni; vel ratione interna societatis, & sic ab effectu sacramentali, non participatione, excluduntur. 3. Gratia pertinet ad indignos ex antecedente Dei voluntate, & ex eadem quoque sigillum gratiæ.

Instans. Indignos edere judicium, 1. Cor. 11, 29. E. non corpus Christi. Resp. Edunt corpus Christi, ut objectum manducationis, judicium, ut indignitatis effectum.

Obj. V. Christum prohibere, ne margarita detur porcis, Matth. 7, 6, aut panis filiorum canibus, Cap. 15, 26; multò minus ipsummet istud præstare. Resp. 1. E. Sanctum tamen est, quod dant Presbyteri indignis, cum hoc monitum Christi negligunt, atque idem sanctum, quod accipiunt digni; alioquin monitò illo opus non fuisset. 2. Calvinianis in causa imaginum non videtur absurdum, idem Deum facere, quod nobis prohibuit. Deus enim prohibuit imagines, & tamen jussit imagines ponere. 3. Per suos & canes Matth. 7. intelligit Christus, non hypocritas indignos, sed manifestas irrisores & persecutores, ut ejus, quod sequitur: ne conculcent & illud & vos. 4. Matth. 15. Christus non tantum de aliis canibus loquitur, qui nempe origine sint tales, non qui moribus; sed & de tali tantum canum cibus, quæ filii detrimentò sit. Ipse enim, miraculi gratiam petenti faciens, hanc, quam vocat canem, pane tamen illo cibatur.

Obj. VI. Proditoris indicium factum esse ante eucharistiam institutam, Matth. 26, 21, usque 26. Marc. 14, 18. usque. 22, nempe inter edendum, Matth. 26, 21, post quod statim exiverit judas,

Job.

Job. 13, 30. Eucharistiam autem post cœnam factam demum institutam esse, *Luc. 22, 20.* Resp. *Mattheus & Marcus narrationem nullâ ordinis particula connectunt; sed, cum de utrâque historiâ simpliciter dicant, eam factam esse edentibus vel accumbentibus ipsis, se ordinem rerum non accurate observasse, factis indicant.* 2. *Lucas Cap. 22, 21, particula adversativa verba Christi proditorem indicantis, subjiciens, verbis institutionis eucharisticæ, quod indicium illud hanc institutionem secutum sit, manifestus prodit.* 3. *Johannes, indicium proditoris factum esse post admonitionem de modestiâ, disertis verbis innuit Cap. 13, 18, 21.* Admonitio autem illa *secus a est lotionem pedum, ib. v. 12, & hæc facta post cœnam v. 2.* Panis autem eucharistici distributio facta est edentibus illis. *Matth. 26, 26, Marc. 14, 22.* 4. *Etiâ Johannes, qui præcedentiâ post cœnam facta esse narrat, Cap. 13, 2, non minus tamen, buccellam etiamnum intinctam & comestam esse, narrat v. 36.* E. designatio illa temporis: post cœnam, in aliqua significationis latitudine accipienda est, pro præterita potiore cœnæ parte.

Quest. VII. An S. Eucharistia fidei & remissionis peccatorum conferenda efficax medium sit digne communicantibus? Resp. affirm. 1. quia caro & sanguis Christi sunt vivifica, quorum omnis participatio sive in Sacramento s. extra Sacramentum, vitam & resurrectionem affert, Job. 6. à v. 50. ad 57. 2. *Moniti in verbis institutionis de carnis pro nobis in mortem datione, & sanguinis in peccatorum remissionem effusione, utrumque, quatenus illam remissionem affert, & in eum finem, ut afferat, nobis in Sacramento dari intelligimus.* 3. *Uti particeps reapse fit altaris ejusque beneficiorum, qui de sacrificiis edit 1. Cor. 10, 18; ita & nos, in Sacramento corpus Christi edentes tanquam hostiam pro nobis in cruce oblatam, beneficiorum ejus quam realissimè atque efficacissimè reddimur participes.*

Contra 1. *Martinius de sacramentali manducatione contra Menzerum p. 11, fidei non gignendæ, sed corroborandæ medium esse hoc sacramentum, disputat. 2, confirmatione significativâ, non efficaci, ut exemplo iridis explicat Wendelin, Exercit.*

cit. 115, p. 873. conf. Bucanus in instit. Theol. Loc. 46. qu. 56. Stein. P.2. Fraternitatis p. 250. Sc. 3. Hinc sacramentum exterius ab interiore gratia separant, ut Beza Part. 2. Resp. ad Acta Collog. Mompelg. p. 46. Sten. P.2. Fratern. p. 222. 4. Manducationem autem corporis Christi oralem medium confirmandæ fidei esse posse, simpliciter negant defens. Admon. Neostad. c. 8. p. 1115, Ursinus Tom. 2. p. 616. & alii. Interesse ad Cap. 18. qu. 5. est notatum.

Obj. I. Fidem ad sacramentum jam tum afferri debere, & remissionem peccatorum ante obtentam esse, vi requisitæ probationis Vid. 1. Cor. 11, 28. Resp. (1) Ut aqua vi humectandi non destituitur, etsi ille, quæ accedit, jam torus madidus est; ita nec sacramentum virtute producendi ejus effectus destituitur, cum in illo, qui accedit, jam tum productus est 2. Quandoque & illi accedunt, qui non rectè preparati sunt, quibus & fides accendi & peccata remitti per Sacramentum, in ipso ejus usu possunt.

Obj. II. Ad memoriam tamen Christi institutum esse sacramentum, Luc. 22, 19, non ad effectus spirituales inde hauriendos. Resp. (a) ad memoriam Christi institutum est, sed efficaciter, non moraliter tantum, renovandam. (b) In memoria Christi omnium beneficiorum ipsius renovatio inest.

Obj. 3. Manducationem oralem non esse sacrificium, ut peccata delet, nec meritum sacrificii Christi per illam applicari, quia, antequam sacrificium illud in cruce fieret, institutum est, R. (1) Non delet manducatio oralis peccata meritorie, sed applicatorie, (2) Etsi institutio eucharistiæ sacrificium ipsum præcessit; non præcessit tamen ejus meritum: cum æstimatio sacrificii illius, tanquam infallibiliter certi, in mente Dei fuerit ab origine mundi.

Obj. 4. Manducationem oralem non magis posse prodesse ad salutem, quam profuis gestatio corporalis, quæ beata virgo Christum utero complexa est, Luc. XI, 26. 27. Resp. Interest inter localem gestationem, quæ concessa est Mariæ, & gratiosam illocalem inhabitationem, quæ præstatur fidelibus etiam per sacramentum. (2) Oralis manducatio sine fide non prodest; cum fide vero concurrens, magis prodest, quam sola fides sine sacramento.

Obj. 5. Confirmationem fidei fieri debere medio sensibili, uti Abrahæ quondam facta per signum circumcisionis externæ, Rom. 4, 11; manducationem autem corporis oralem non esse sensibilem. Resp. Confirmatio, quæ moraliter fit, non nisi sensibili signo, ea verò, quæ virtute efficitur, qualem nos in Sacramento intelligimus, etiam insensibili medio fieri potest. In Sacramentis autem utrumque occurrit, nec unius positio est alterius exclusio.

401

Ad Clarissimum DN. RESPONDENTEM.

Cum hactenus intra privatos latueris parietes, mi SCHROEDERE, in id omni studio intentus, ut variarum doctrinarum sementem intra animum Tuum recondere, fractum aliquando ejus in Ecclesiæ salutem explicaturus, nunc quoque foras prodire audes & exemplo comilitonum Tuorum de rebus sacris ipse miscere sermones & veritatem animo probo comprehensam adversus alios tueri atque defendere. Quia in re id eque facis, quod ingenio Tuo, quod industria, cujus & ego sum tellis, dignum est, Tibique laudem apud bonos omnes conciliat nequaquam mediocrem. Ita enim Te quasi in præludio paras ad ea, quæ olim serio acturus es, quando non errores tantum, cœlestem veritatem adulterantes, masculè refelles, sed ipsi etiam vitiis, Christianam vitam fœdantibus, & verbis & exemplo bellum indices, coetumque adeo Tuum, fidei quondam Tuæ ex DEI nutu credendum, immaculatum DEO adduces. Quod ut saluari aliquando cum successu fiat, DEUM, quem in hoc instituto Tuonice præ oculis habes, enixis precibus imploro. Scr. XVI. Nov. MDCCVI.

JOH. FECHT. D. P. Superint.
& Conf. Adf.

Ad Nobiliss. Dn. Respondentem.

Cum in Temet, amice per dilecte, natura benignissima ingenuum discendi ardorem cum ingenio Chaud vulgari judicioque præstanti, arctissimo quodam nexu conjunxit, merito sane non solum ego, cujus lectionibus aliquot per singulos dies destinasti horas, non ad audiendum minus veritates divinas, quam respondendum ad quæsitæ thesesque propositas disputando ventilandas, promptus paratusque, enixe mihi de tali Auditore gratulor; sicut & idem unanimitè faciunt, reliqui Doctores tui; verum jure quoque suo gaudere possunt optimi Parentes de filio probè indolis ad servitium DEO gratum rite semet præparante. Nihil igitur hac vice addam, nisi pium votum, velit Clementissimum Numen divinum gratia Spiritus Sancti ulterius temet coronare, omniaque coepta dicta & facta dirigere in nominis sui gloriam, Ecclesiæ salutem ac parentum tuorum dilectissimorum gaudium, Vale! Scrib. Rost. d. 16. November Anno 1706.

Præses,

Bekehrtester / sein Fleiß / der unverdrossen ist /
Und die Beständigkeit / die sich im Lernen zeigt /
Insonderheit die Lust / so ihn zur Bibel neiget /
Die Er durch Gottes Gnad / numehro gründlich liest /
Auch seine Frömmigkeit / da Er der Welt entsagt /
Und sich den Lastern stets getrost entgegen setzet /
Ja was noch sonst man fast unvergleichlich schäget /
Das ist es heute noch / was mir an ihm behaget.
So geh Er den mit Ruhm zu der Gelehrten Sitz
Und zeige Unverzagt die Wahrheit Ansrer Sätze.
Gott aber sey mit ihm / und zeig daß sein Befehle
Hauptfächlich fordere Glück / Heil / Verstand und Wiß.

Hiemit wolte dem Herrn Respondenti als seinem sehr fleißigen Auditori
und Gelehrtesten Freunde von Herzen gratuliren.

M. Jo. Joach. Weidener, E. M. & SS. Th. Dduß.

Wer kan des Lichtes Glanz ja nicht verborgen seyn/
 Wenn das/ was hinderlich / wird überall benommen.
 Die schwarze Finsterniß beraubet nicht den Schein/
 Es muß sein heller Glanz zu dunklen Dertern kommen:
 Die Application ist hier gar leicht gemacht
Mein Freund! dein Jugend-Licht muß heute herlich glänzen/
 Drumb/da durch steten Fleiß es ist zum Schein gebracht/
 So soll die Mufen/Schaar dich auch mit Ruhm bekränzen.

Hiemit gratulirte dem Herrn Respondenten dessen
 mit Brüderlicher Liebe verbundener Opp.

Zacharias Krüger / Materfa-Mecklenb.

S. S. Theol. Stud.

Wer glücklich siegen wil/bringst feste Waffen mit/
 Wer gerne Rosen bricht/ läßt sich gedultig ritzen/
 Und wer den Honig sucht/ thut manchen herben Schritt.
 Warum? vor dem Genies geht Müß und herbes Schwitzen.
 Den so spielt Ehr und Glück: Bey Muntern kehrt es ein/
 Und wo was hurtiges/da wil es gerne wohnen.
 Wo aber Faulheit ruht / da wil es nimmer seyn/
 Noch einen trägen Sinn mit seinen Früchten lohnen.
 Weil du dann Wehrtester Freund/ uns heute blicken läßt/
 Daß dein geschickter Kopf die Faulheit nie geliebet:
 So suchst dich auch das Glück und hält dich heute fest/
 Ja macht/daß jederman das schönste Lob dir gibe.
 Ich wünsche/ das dein Thun mag ferner glücklich gehn/
 Daß Gottes Guad und Kraft regiere dein Beginnen/
 Daß man dich öfters mög' als heuterstreiten sehn.
 Und du das schönste Ziel vor deinen Fleiß gewinnen.


Mit diesem wenigen gratulirte seinem wehrtesten
 Freunde Opp.


And. Wilh. Wiebbecking/Hamb.


Ist ist der rechte Weg/ so geht man Himmel an!
 So trifft man schon das Ziel/ daß man kan glücklich siegen /
 Wann Zeit und der Verdruß Uns nie ermüden kan/
 Und Wier bey Tag und Nacht in steter Arbeit liegen.
 Du / Vielgeliebter Freund/ läßt dieses übrig sehn /
 Drumb wird dein schönes Lob bis an die Wolcken gehn.

Mit diesen wenigen Zeilen wolte dem Herrn Respondenti schuld
 digst gratuliren Opp.

Nicolaus Bernhard. Eybe, Hamb.








the scale towards document

Ad Clarissimum Dn. Respondentem.

401

ra privatos lateris parietes, mi SCHROEDERE, in id omni studio inter-
loctrinarum fementem intra animum Tuum reconderes, fructum aliquan-
lurem explicaturus, nunc quoque foras prodire audes & exemplo com-
le rebus sacris ipse miscere sermones & veritatem animo probo compre-
stueri atque defendere. Qua in re id egvidem facis, quod ingenio Tuo,
& ego sum tellis, dignum est, Tibique laudem apud bonos omnes con-
liocrem. Ita enim Te quasi in praludio paras ad ea, quæ olim seriò actu-
errores tantum, coelestem veritatem adulterantes, masculè refelles, sed
hristianam vitam fœdantibus, & verbis & exemplo bellum indi-
uum, fidei quondam Tuæ ex DEI nutu credendum, immaculatum DEO
alutari aliquando cum successu fiat, DEUM, quem in hoc instituto Tuo
s, enixis precibus imploro. Ser. XVI. Nov. MDCCVI.


JOH. FECHT, D. P. Superint.
& Conf. Adf.



Ad Nobilit. Dn. Respondentem.

ce perdilecte, natura benignissima ingenuum discendi ardorem cum ingenio
tioque præstanti, arctissimo quodam nexu conjunxit, merito sane non so-
ibus aliquot per singulos dies destinasti horas, non ad audiendum minus
m respondendum ad quæsitæ thesesque propositas disputando ventilandas,
, enixe mihi de tali Auditore gratulor; sicut & idem unanimitè faciunt,
verum jure quoque suo gaudere possunt optimi Parentes de filio probæ in-
O gratum rite semet præparante. Nihil igitur hac vice addam, nisi pium
tissimum Numen divinum gratia Spiritus Sancti ulterius temet coronare,
a & facta dirigere in nominis sui gloriam, Ecclesiæ salutem ac parentum
m gaudium, Vale! Scrib. Rost. d. 16. November Anno 1706.

Præses.



ein Fleisch/der unverdrossen ist/
digkeit/ die sich im Lernen zeigt/
e Lust/ so ihn zur Bibel neiget/
Gottes Gnad/ numehro gründlich list/
dmigkeit/da Er der Welt entsagt/
ets getrost entgegen setzet/
nan fast unvergleichlich schâget/
te noch/ was mir an ihm behaget/
n mit Ruhm zu der Gelehrten Sitz/
ie Wahrheit unsrer Sâze.
/ und zeigt das sein Gesetze
fordere Glück/ Heil/ Verstand und Wiß.

Hiermit wolte dem Herrn Respondenti als seinem sehr fleißigen Auditori
und Beehrthesten Freunde von Herzen gratuliren.
M. Jo. Joach. Weidener, E. M. & SS. Th. Dduz.

520